4290

Item in alio loco na Słupie Zgłki tres sulcos a fluviolo Malewska ad fluvio-
lum Stomowska tenden. inter mettas inter mettas ut supra iacen. Item in ter-
tio loco na Wierzbiakach quatuor sulcos Ziemmalec a graniciae Piotrowska
ad parietem alterius campi extenden. inter mettas Nlis Gregorij Osnolski
Wilskeh et Brzezinski iacen. Cum omnibus et singulis eorundem bonorum uti-
litatibus fructibus proventibus redditibus attinentijs et pertinentijs cun-
ctisq. commoditatib. ibidem existen. nullis penitus exceptis in summa Decem
sexagenarum pollonicalium usq. ad exemptione et summae praefatae integram et indi-
uisam exsolutionem obligavit inscripsit et inradicavit. Cuique ex nunc In-
tromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem Regni Generalem
et Nobiles tres quosuis officio acceptandam dat et admittit Paceng. tuitio-
nem et evictionem ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum
propinquarum et remotarum eo tempore tenutae eiusmodi cauet sub In-
dio similiter aliarum decem sexagenarum pollonicalium. Et Coram officio praesenti Castrensi
Capitaneali Brunsensi in primo citationis Termino tanquam peremptorio
peremptoria rasione et satisfactione Nullis controuersijs exceptionibus
allegationibus allegationibus motionibus apellationibus ac earum qui-
buscunq. prosecutionibus alijsq. omnibus in universum iuris remedijs et defen-
sis legalibusq. impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos succes-
sores uti abscribendo et abrenunciando personali sua recognitione.

Rocowna Reformatio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Brunscen. personaliter compa-
rens Nobilis Gregorius olim Andreae Wygowowski sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere Recognovit Quia Nli Anastazia filia olim Nlis Pauli [illegible]
Coniugi suae legitimae et eius posteris Respectu Reformationis de bonis
olim Nlis Pauli Osnolski prioris mariti eius receptae et in bona sua importa-
tae mediante omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobi-
lium haereditariorum paternorum quae ratione obligationis haereditarie
nunc habitorum et in post fauente divina clementia habendorum
et alio quovis modo acquirendo titulo concernen. summam Quadraginta
sexagenarum grossorum pollonicalium dotis et aliam summam e-
dotalicij decem sexagenarum pollonicalium inscribit Reformat.

iste.

2) [illegible] more aliorum [illegible] Regni Polloniae observari solitos Attestatione personali Recognitione in premissis mediante.

Puchalskiecz Coniugum Mutua Advitalitas.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Brunsen. personaliter comparentes Nobilis Martinus olim Mathiae Bolesta [illegible] et Nobilis Zophia filia olim Nobilis Petri Puchalski consors eiusdem Martini Bolesta [illegible] sana mentibus ac corpore existentes palam publice ac libere Recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse Recognovit Quia ipsi Inter se mutuam et Reciprocam Advitalitatem ac usumfructum omnium et singulorum Bonorum suorum mobillium et immobillium haereditariorum patrimonialium quaesitorum obligatoriorum nunc habitorum et in post favente divina clementia habendorum et acquirendorum sequovis modo ac iuris titulo concernen. reique in areis hortis agris pratis campis sylvis [illegible] pecoribus pecudibus pecunijs paratis vestibus vestimentis substantia tota et supellectili domestica Cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis in hunc modum uti fecerunt Quia si Nobilem Martinum Bolesta maritum quam ipsam Zophiam Puchalska Coniugem mori contigerit prius Ex tunc ipsa Consors bona eadem omnia mobillia et immobillia ubivis bonorum Consistentia Cum omnibus utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis ad extrema vitae suae tempora tenebit habebit possidebit illisque utifruetur Post mortem vero eius bona praedicta super successores mariti sine ulla contradictione consortis suae [illegible] devolui debent et devolventur Simili etiam modo si prius de hac luce Nobilem Zophiam Coniugem quam ipsum Nobilem Martinum Bolesta maritum decedere Contigerit Ex tunc ipse Nobilis Martinus Bolesta bona suprascripta omnia morte consortis suae derelicta Cum omnibus utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis ad ultima vitae suae tempora habebit possidebit tenebit illisque utifruetur Post mortem vero eius bona nominata omnia mobillia et immobillia super successores [illegible] suos Consanguineos sine ulla Contradictione devolui debent et devolventur [illegible] [illegible]